



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

v. De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De magistris, & ne aliquid exigatur pro  
licentia docendi. Tit. 5.

1. Quonia  
in prin.

**P**ER vnamquamque cathedralem ecclesiam  
magistro, qui clericos eiusdem, & scholares  
pauperes gratis doceat, competens beneficium  
præbetor.

4. Quia.

Immo nedum in qualibet cathedrali ecclesia,  
sed & in aliis quæ hoc potessint, magister à pre-  
lato cum capitulo elegitor. is ecclesiarum ipsa-  
rum clericos Grammaticam doceto. Sed & Me-  
tropolitana theologum quoque habeto. Is sa-  
cerdotes & alios in theosophia, maxumè autem  
in iis quæ ad curam animarum spectant, infor-  
mato. Cuilibet magistrorum vnus præbendi  
prouentus à capitulo adsignator, & à metropo-  
litano tantundem theologo. huius ergò tamen  
canonicus ne efficitur, at reditus quandiu doce-  
bit percipito. Sin duobus metropolitana graua-  
bitur ecclesia: theologo ipsa prouideto, gram-  
matico in alia ciuitatis aut diœcesis prouideri  
facito.

2. Prohi-  
beas.

θεμα. fi.

Sanè si quis magistros in congruis locis insti-  
tuere distulerit: superior adpellatione postposita  
instituito.

5. Super  
specula.

Quæ de theologo dicta sunt vt effectum ha-  
beant, prelati & capitula dociles aliquot ad theo-  
sophiæ studium destinato. Ollis si reditus pro-  
prij non sufficient, necessaria subministranto.  
Theosophiam autem docentes quandiu doce-  
bunt, ac studètes lustro toto beneficiorum suo-  
rum fructus integrè percipiunto. Contraria cõ-  
suetudo

fuetudo statutumve ne obesto.

Sed nec consuetudinis obtentu pro licentia <sup>1. De iud.</sup> docendi quisquam precium exigit, nec ab eis <sup>pro licentia.</sup> quos docet aliquid quærito, néve docere quenquam qui idoneus fiet petita licentia interdicto. <sup>3. Quæto.</sup> qui faxit beneficiis priuator.

Sed & solum pro licentia docendi restitui, <sup>2. In prin.</sup> promissumve remitti episcopus adpellatione cessante facito

*De Iudæis, Sarracenis, & eorum seruis. Tit. 6.*

**I**udæi vtriusque sexus, Sarraceni in christianismo habitu ab aliis distinguntur, in die parasceues in publicum ne prodeunto, in contumeliam creatoris ne profiliunt, presumptores per principes seculareis compefcuntur. <sup>15. In nonnullis.</sup>

Iudæi itaque in parasceue ostia, fenestrasve apertas ne habent. <sup>4. Quid super his.</sup>

Qui tamen sicut nouas erigere synagogas non sinuntur, ita veteres habere permittuntur. <sup>3. Iudæi.</sup>

Sed & si antiquæ corruerint, vel ruinam minabuntur: eas liberè reedificant, at ne exaltant, ampliant, preciosioresve quam antea faciunt. <sup>7. Consult.</sup>

Iidem ad baptismum ne coguntur, néve sine iudicio occiduntur, volnerantur, aut rebus suis spoliantur. Bonæ quas habeat consuetudines ne immutantur. Maxumè autem in festiuitatibus suis ne turbantur. Angariæ aut parangariæ, nisi quas hætenus præstiterunt, ne ab eis exi-